Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



53) Vide supra Add. 41. Manriques Ser. Abbat. Cisterc. in Jacobo: Totius litis initium ex Claravalle, ad cujus Abbatem extant plures litteræ manutentionis, et exemptionis ab Abbate Cistercii, et a Capitulo generali, quandiu penderetlis, quæ integrum triennium perduravit, et, quod mireris, litteras extorsit (adeo nocere valent lites domesticæ) de Cisterciensis Ordinis, cum adhuc inconvulsus in primitiva observantia permaneret, per iudices externos (quis id credere posset?) visitatione. Item Ser. Abbat. Claravall. in Philippo I.

54) Vide supra ad c. VII Add. 81.

55) Vide supra ad c. XI Add. 83. Plura habet Henriques ad Menol. Cisterc. ad 20 Aug. In Brabantia depositio Beati Goberti Comitis Asperimontis, qui sæculi nobilitate contempta, in Villario vitam Cœnobiticam piissime egit, et miraculorum gloria celebris, sanctissime obiit. Et in notis: Vita eius extat ms. in Monasterio Villariensi, 3 libris distincta, et in Chronico seu libro Virorum illustrium illius domus, quam gallice edidit Joannes de Assigny in Libro Virorum illustrium Ordinis Cisterciensis. --- Heribertus Rosweydus in Epistola ad Henricum van der Heyden Abbatem Villariensem, quam libro Eucherii de contemptu mundi præfixit, vbi ait: „Jam vero Gobertus „Asperi-montis in Lotharingia Comes, belli artibus clarus, cum „et Palæstinam a tyrannide Friderici Imperatoris vindicasset, et sepulchrum Domini, sanctique Jacobi in Gallæcia tumulum, religiose inuisisset, curarum sæculi pertæsus, ab tranquillam Villariæ stationem se recepit, pretiosam secum gemmam deferens, illibatam tot inter opes, tot inter mundi blandimenta, castitatem. Tanto ille animi ardore nocturnis „vigiliis interierat, vt si quando somnus ei molestus esset, pipere dentes, linguam labiaque perfricaret, vt ea acrimonia „excitatus, omnem socordiam excuteret.„ Epitaphium ejus B. Goberti, nec non antiphonam cum versu et collecta de eodem vide ibidem.

56) Ughellus Ital. sac. t. VII.

57) Jongelinus Notit. Abbat. Cisterc. l. 5.

58) Nangius in gestis S. Ludovici, apud Raynaldus Ann. eccl. ad an. 1264, § 12 et seqq.

59) Raynaldus Ann. eccl. ad an. 1264 § 69. De electionis Clementis IV dissidium est inter Auctores: quod Mansius in notis ad Raynaldum ita componendum censet; si electus quidem fuisse dicatur absens / die VIII Octobris anno 1264, teste Martino Polono; renuntiatus vero die IX Februarii anno 1265 jam Romæ præsens.

60) Anonymus auctor rer. Sicul. apud Raynaldum Ann. eccl. ad an. 1264 § 21 et seqq.

61) Mutius rer. Germ. l. 21, apud Struvium Corp. Hist. Germ. Trithemius Chron. Hirsang. ad an. 1261: His ita cum aliis in Regno perperam magis quam utiliter ordinatis, Richardus Rex, sicut dictum est, cum uxore sua de Falckenstein in Angliam reversus

+ 57 *) Vide supra ad c. X Add. 113, 115. E bulla Canonizationis,

/ anno, mense et die

/ in Gallia,